

No. 443. 1343. 8. Juni.

P. Clemens VI. erneuert an die die Friedensverhandlungen zwischen dem K. Kasimir von Polen und dem Deutschen Orden leitenden Bischöfe von Krakau und Culm sowie an den B. von Meissen dringend die Ermahnung, das begonnene Werk zu beschleunigen und dauernden Frieden zu stiften.

Vgl. No. 433 und 439.

Clemens episcopus etc. venerabilibus fratribus . . Cracoviensi et . . Culmensi ac . . Misnensi episcopis salutem etc. Dudum diligenter attendens et pie considerans etc. — Datum Avinione VI. Idus Junii pontificatus nostri anno secundo.

Theiner vett. monum. etc. I. p. 459.

No. 444. 1343. 25. Juli.

Markgraf Friedrich eignet dem von Friedrich und Reinhard von Honsberg gestifteten Altar der h. Jungfrau und der hh. Cosmas und Damian Geldzinsen zu Schweimnitz.

Nos Fridericus dei gratia Thuringorum lantgravius, Mysznensis et Orientalis marchio dominusque terrae Plysznensis recognoscimus et ad universorum quorum interest seu interesse poterit praesentibus deducimus notionem, quod accedens ad nostram praesentiam strenuus Fridericus de Honsperge miles et secretarius noster karissimus, humili nobis precum devotione et instantia supplicavit, quod cum ipse una cum Reynhardo fratre suo, de salute animarum suarum intenti, altare quoddam in ecclesia Mysznensi, in honore gloriosae et intemeratae virginis, dei genitricis Mariae beatorumque Cosmae et Damiani martyrum dedicandum de novo construxissent, idemque altare certis redditibus tribus videlicet talentis denariorum Frybergensium, qui olim in usu habebantur et currebant, in villa Swinnitz^{a)} districtus Mysznensis situs seu tot grossorum sexagenis nunc currentibus et solvi solitis pro eisdem, cum redditibus aliis, ut exinde vicarius eiusdem, qui pro tempore deo et sanctis eius sacrificium in eo obtulerit, sustentationem suae vitae [haberet], dotandum ducerent, altari eidem redditus eosdem sibi in dotem constitutos dignaremur appropriationis nostrae titulo adunare. Nos igitur dictorum fratrum fidelium nostrorum petitionem in animarum suarum ut praemittitur salutem vergi cognoscentes et divini cultus, cuius incrementum ex cordis desiderio complectimur, favore prosequimur et diligimus attente, ampliacionem contingere sentientes grataque obsequiorum suorum fidelium coram nobis et in nostris plerumque negotiis multipliciter retroactis temporibus subportata et futuris sufferenda recensentes, praefatas tres libras denariorum Frybergensium, seu sexagenas grossorum loco earundem pro nunc ut praedicitur solvi solitas, altari suprascripto, ut et nos progenitoresque nostros et heredes omnium bonorum, quae in ipso et per vicarios ipsius pro tempore existentes et dictorum reddituum pensionem percipientes fieri voluerit, participes reddat in regno suo ipse deus, appropriavimus, adunavimus et praesentis

a) Schweimnitz, Par. Boicha.